

cum illorum exemplar Gretserus invenire non potuerit, quem defectum ex parte Cotelerius supplevit, qui in suis ad constitutiones apostolicas notis q) opusculum 25. græce exhibuit. Neque hic tacendus Andreas Arnoldus, qui simul cum Athanasii syntagmate doctrinæ Abucaræ tractatum de unione & incarnatione græce & latine A. C. 1685. Parisiis publicavit.

i) cap. 5. thes. 73. p. 521. k) tomo 4. antiq. lect. part. 1. p. 281. l) Cav. chartoph. p. 131. m) tomo 4. edit. secund. n) p. 142. o) p. 96. p) Tom. 1. p. 367. q) p. 307. edit. belg.

### §. X.

Sed missis nunc cæteris Abucaræ tractatibus illud tantum opusculum breviter expendemus, in quo fideles ante Christi adventum defunctos per aquam, quæ ex aperto Christi latere manavit, baptizatos asserit. Est hoc Abucaræ opusculum inter ea, quæ Gretserus edidit, numero 17. & dialogi more conscriptum, quod cum breve sit, integrum apponemus. Ita ergo se habet:

Ἐρωτήθη Ἀβουκαρᾶς παρ' ἀπίστῶν, πῶς τῷ Χριστῷ τρανώως ἀποφηναιμένῶν, ὅτι εἰ μὴ γεννηθεῖς ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος ἁγίου μὴ εἰσελθῆναι εἰς τὴν βασιλείαν τῶν ἑβραίων, δυνατόν ἐστι, τῆς πρὸ τῆς παρθένου αὐτῆς δικαίως μὴ βαπτισθέντας εἰσελθεῖν εἰς αὐτήν; καὶ ἀπεκρίθη. ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἐκείνων ἐβαπτίσθη, ὡσπερ καὶ ἀποθανεὶν ὑπὲρ πάντων, ἐγὼ γὰρ φήσῃν ἑμαυτὸν ἀγιάζω ὑπὲρ καὶ αὐτῶν, πλὴν ἀλλὰ καὶ σωματικῶς ἐβαπτίσθησαν Β. πῶς τῷτο δυνατόν; Α. ἔκ οἶδας, ὅτι ἂν πάντῃ οἱ ἀποθνήσκοντες ἀπόλλυνται, ἀλλ' ἐν τοῖς στοιχείοις ἀναλύονται, ἐξ ὧν καὶ συντέθησαν, Β. ἔτος ἔχει. Α. γέγραπται δὲ, ὅτι κεντηθεῖς τῇ λόγχῃ τὴν πλευρὰν ἔρευθεν αἷμα καὶ ὕδωρ ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτῆς. Β. καὶ ἔτως γέγραπται. ἔκ ἐν ἀναλυθέντος ἐν τοῖς στοιχείοις ἐκείνῶν τῷ ὕδατος ἠγίασεν τὰ πάντα, καὶ ἐβάπτισεν τὰ μεμερισμένους καὶ ἀναλυθέντας εἰς τὰ στοιχεία. Β. τῷτῳ τῷ λόγῳ καὶ οἱ ἀπίστοι καὶ πάντες ἀπλῶς ἐβαπτίσθησαν οἱ προαποθανόντες. Α. ἔχῃ. ἀλλὰ μόνον τὰ σώματα τῶν πιστῶν, ὧν αἱ ψυχαὶ ἐν τῷ αἵματι κατελήθησαν.

τελεθόν